

www.e-rara.ch

Lettera enciclica del sommo pontefice Benedetto XIV. diretta all'assemblea generale del clero gallicano, illustrata, e difesa contro l'autore de' dubbj, o quesiti proposti ai cardinali, e teologi ...

Patuzzi, Giovanni Vincenzo

Lugano, 1758

Biblioteca Salita dei Frati, Lugano

Shelf Mark: BSF 29 Da 13(1)

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-12435>

Amplissimis S. R. E. cardinalibus [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20^e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

*Amplissimis S. R. E. Cardinalibus , &
Clarissimis Theologis in Urbe Præ-
nestæ congregatis post pacem Ecclesiæ
Gallicanæ restitutam , & methodum
propediem edituris pro studiis pera-
gendis ab Alumnis Collegii Urbani
de propaganda fide ad hæreticos pro-
fligandos , ad Gentiles , & Atheos
in sinum Ecclesiæ reducendos .*

Hæc sunt dubia quæ resolvenda pro-
ponuntur ab aliquibus fidei Ca-
tholicæ zelatoribus ; quo laudati
Alumni fidem per universum Or-
bem disseminaturi a fidei regula
non declinent , et in Annuncia-
tione Evangelii ab Ecclesiastica
Traditione non discedant .

Primum Dubium : Utrum liceat dictis Alumnis
cum versantur inter hereticos , & infideles ,
articulos fidei ab Ecclesia Romana declaratos
occultare , pro bono pacis , & ne Heretici scandalo
afficiantur .

Sunt qui credunt hujusmodi silentium licitum
esse fidei præconibus post litteram Encyclicam anno
præterito a Benedicto XIV. emissam , et ad Cle-
rum

rum Gallicanum directam, in qua Bulla Unigenitus ab Ecclesia Universalis tamquam fidei regula accepta, & in Sede Apostolica ita pariter declarata, predicatur solum tamquam lex Ecclesiae conducibilis, mutationibus obnoxia, quae tamen obsequium, & reverentiam mereatur. Et cane pejus, & Angua abstinetur a confitenda fidei regula, quam Clemens XI. non sine Jansenistarum indignatione in Bulla Unigenitus contineri inquit, & universam Ecclesiam docendo predicavit in Bulla incipiente Pastoralis edita anno 1718. Sunt tamen qui negant hujusmodi silentium licitum esse ob divinum praeceptum adigens fidei Praecones ad fidem confitendam, sive a Potestate publica, sive a privata persona interrogentur; sic in utroque casu secundum S. Thomam 2. 2. q. 3. art. 2. in Corp., subtraheretur honor debitus Deo, & utilitas proximis impendenda, pra oculis semper habito dicto Innocentii I., Veritas cum non defensatur, opprimitur.

Secundum dubium. Utrum fidei Praeconibus ad evitandam sive haeticorum, sive infidelium perturbationem liceat uti Oeconomica reticendo, & occultando formulas ab Ecclesia in explicatione Mysteriorum fidei usurpatas?

Hanc Oeconomiam approbarunt anno praeterito amplissimi Cardinales in Littera Encyclica, in qua benemereri potius de Jansenistis studuerunt, quam fidem explicatam in Bulla Unigenitus praedicare. Sed ab hujusmodi Oeconomia abhorruit semper Ecclesia Dei, uti factum scimus in causa Honorii Papa, in causa Liberii, Henotici Zenonis, & Typi Constantis. Satis

*in Historia Ecclesiastica vulgata sunt hæc : sed non satis perpenſa in littera Encyclica , quæ cum fuerit directæ ad convincendos Jansenistarum errores , præſeferre debuit explicitam fidei confeſſionem , ſecundum illud Apoſtoli ad Titum commo-
nentis Eccleſiæ Prælatos , & fidei Præcones : ut ſit potens exhortari in doctrina ſana , & eos , qui contradicunt arguere .*

Tertium dubium . Utrum liceat Miſſionariis de propaganda fide Sacramenta miniſtrare iis , contra quos gravia , & urgentia militant indicia de Hæreſi ?

Hoc conceſſerunt ampliſſimi Cardinales in Littera Encyclica ad conſulendum famæ hæreticorum . Veruntamen hoc ſemper negavit S. M. Eccleſia , quæ pro nihilo habuit famam hæreticorum , quos de Hæreſi ſuſpectos detegi coram fidelibus voluit , etiam per negationem Sacramentorum . Id clariſſime evincunt leges Canonice in l. in fidei favorem de Hæretic. in 6. ; idque luculentiffime oſtendit hiſtoria Manicheorum , eoſque de hæreſi infami vage ſuſpectos detegendos coram fidelibus voluerunt per legem adigentem ad communicandum ſub ſpecie quoque vini , nullatenus conſulto famæ hæreticorum , quæ in Littera Encyclica tantopere ſervanda ſarta recta inculcatur .

Quartum dubium . Utrum Sacramenta miniſtrari debeant a Miſſionariis , peccatoribus , qui licet non ſint notorii peccatores , contra eos tamen gravia militant indicia peccati ?

Aſſerunt Eminentiffimi Cardinales in Littera Encyclica perperam intellecta doctrina S. Thomæ in 3. p. q. 80. , quam eſtendere non dubitant etiam

ad Hæreticos, contra quos graves sunt hæresis suspiciones, sed negant passim Doctores, & Theologi, qui deneganda putant Sacramenta peccatoribus gravibus, & urgentibus peccatorum indicibus laborantibus apud Laymanum in tract. 4. cap. 6. ubi citat Ricardum in 4. dist. 9. q. 3., Paludanum q. 4. art. 1. concl. 16., Henriquez 2., 6., Suarez disp. 67. sect. 6.

Hæc dubia resolvenda sunt a Cardinalibus Præneste congregatis, antequam methodum studiorum proponant Alumni de Propaganda Fide, qui informandi ante omnia sunt, se tamquam Missionarios teneri externam fidem confiteri, & defendere, effuso etiam sanguine, ubi fides periclitetur, vel ad instructionem aliorum fidelium, sive ad confirmationem, vel ad reprimendam infidelium insultationem ex S. Th. 2., 2. q. 3. art. 2. ad 2.: immo docendi sunt de præcepto fidei articulos predicandos, licet infideles, & hæretici commoveantur, & scandalum patiantur, sicut Apost. Paulus Evangelium predicavit, - Gentibus scandalum, Judæis verò stultitiam.

Hujusmodi præceptum fidei articulos non occultandi, sed palam confitendi addiscant Alumni ex nova methodo studiorum Præneste longis vigiliis elaborata: dummodo in dicta methodo inseri non omittantur quæ docuit Apost. ad Rom. 10., corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: omnis, qui credit in illum, non confundetur: & ad quos fides adigat fidei Præcones, si in nova methodo explicetur ex S. August., & S. Thoma quorum primus lib. de fide, & Simb. habet: quando-

quidem in sempiterna iustitia regnaturi a præsenti sæculo maligno salvi fieri non possumus, nisi & nos salutem proximorum nitentes, etiam ore profiteamur fidem, quam corde gestamus. S. Thomas autem præceptum fidem exterius confitendi luculentius explicat 2. 2. q. 3. art. 2., aitque illud urgere neque semper, neque in quolibet loco, sed quando per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, aut etiam utilitas proximis impendenda: puta si aliquis interrogatus, de fide taceret, & ex hoc crederetur, quod fides non esset vera, vel alii per ejus taciturnitatem averterentur a fide. In hujusmodi enim casibus confessio est de necessitate salutis.

Sed utrum hæc cum iis, quæ insinuata sunt in Littera Encyclica convenient, explicabunt sapientissimi Cardinales Præneste congregati, quos Benedictus XIV. Consiliarios adhibuit pro dicta Littera Encyclica, quosque gloriari vidimus pro pace Gallie restituta, pro fœdere concordie inter Catholicos, & Jansenistas inito, quod a sæculo nullus Romanorum Pontificum, nullus Theologorum tentare, non dicam perficere, conatus est.

At num bono fidei, vel potius Religionis detrimento pax, & concordia cesserit, congruo tempore disputabitur a Romana Curia Theologis, quos spiritus assentationis non tenet, & nova Theologia ad hæreticorum auram captandam accommodata transversum non egit, quique Ecclesie pacem a sola fidei unitate petendam putant cum D. Hieronymo Epistola ad Duplinum: sit inter nos

una fides, & illicd pax sequetur: omittamus hæreticorum patrociniū, & nulla erit inter nos contentio.

Horum dubiorum solutio petitur, & expectatur ab Amplissimis Cardinalibus, a spectatissimis Theologis, quorum fides, & rerum Theologicarum doctrina omnibus in urbe nota est, & predicatur in Universo Mundo, sive pro Littera Encyclica pacem Ecclesie Gallicane afferente, sive pro methodo studiorum mox edenda ad fidelium adificationem, ad Hereticorum, & Atheorum (conversionem) remoto timore a quibusdam male præconcepto, qui dictam novam methodum odio habent, & detestantur, quique cum Vincentio Livinensi Cap. 9. in rebus Theologicis ad novitatem rei reclamandum putant, creduntque semper retinendam antiquitatem, & explodendam novitatem.